

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

Sanctissimi D. N. Vrbani Papae Octau declaratio, quòd Constitutiones  
Apostolicae in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctae  
Inquisitionibus Officium hactenus editae, & in posterum etiam super ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

dat. Contrarijs quibuscumque non ob-  
stantibus &c.

*Io. Antonius Thomasius S.R. Vniuersalnis Inquisit. Not.*

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo  
quinto, Indictione octaua, Pontifica-  
tus Sanctiss. in Christo Patris, & D.  
N.D. Vrbani divina prouidentia Pa-  
pæ Octavi, anno eius tertio, die vero  
tertia mensis Octobris, supradictæ lit-  
teræ Apostolicæ, sive Decretum affixæ,  
& publicatum fuit in acie Capi Flora,  
& alijs locis solitis Vrbis, per me Brä-  
dimartem Latinum prælibati S.D.N.  
Papæ, & Sac.Rom.Inquisit.Cursorem.

Sanctissimi D.N.VRBANI Papæ Octa-  
ui declaratio, quod Constitutiones  
Apostolicæ in concernentibus Fidem  
Catholicam, & Sanctæ Inquisitioni-  
bus Officium hactenus editæ, & in po-  
sterum etiam super quacumque alia  
re edendæ, omnes Regulares quomo-  
dolibet priuilegiatos comprehendat,  
nisi illi in edēdis specialiter excipiatur.

I V R-

**Edita An D.**  
1631. **V R B A N V S P A P A VIII.**  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

**Exordium.**

**C**Vm sicut accepimus, Sancti Benediti, Cisterciensis, Praemonstratensis, Sancti Antonij de Sancto Antonio Vienensis, Societatis IESV, ac aliorum forsitan Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum regularium Professores, vigore, seu prætextu priuilegiorum, & indultorum sibi, dictisque Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, ab hac sancta Sede Apostolica tam per viam meræ concessionis, quam communicationis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cōfessorialiter cōcessorum, in Constitutionibus generalibus à Nobis & dicta Sede hactenus editis, & de cetero edendis se minimè comprehendi prætendant, nisi de eis specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio fiat.

**Causa huius  
constitut.**

**y.i.** Nos, qui inter grauissimas, multiplicesq. Apostolatus nostri curas in eam præcipuo, ac peculiari studio iugiter incumbimus, ut extirpatis hæreticarum prauitatum erroribus, Catholica Fides vbique gentium conseruetur, & propagetur, ambiguitates & dubia de me-

medio tollere, & opportunæ dispositio-  
nis ministerio prouidere volentes, vt tot,  
tantèq. Constitutiones generales à No-  
bis, & hac sancta Sede, & præsertim ad  
fauorem Fidei Catholicæ, illiusq. propa-  
gationem, & Officij sanctæ Inquisitionis  
contra hæreticam prauitatem editæ, &  
de cætero edendæ, sublatis quibuslibet  
exceptionibus, subterfugijs, & impedimentis,  
ad maiorem Dei gloriam, San-  
ctæq. Matris Ecclesiæ exaltationem de-  
bitum, vt par est, sortiantur effectum.  
necnon quorumcumque priuilegiorum,  
gratiarum, & indultorum, dictis Ordinib-  
us, Congregationibus, Societatibus,  
& Institutis cum quibusvis clausulis, &  
decretis etiam quantumlibet extraordi-  
narijs, & cautelis quomodolibet, & ex  
quacumque causa concessorum, etiamsi  
in corpore iuris clausa sint, tenores pre-  
sentibus, ac si de verbo ad verbum, ni-  
hil penitus omisso, & forma in eis tradi-  
ta obseruata inserti forent, eisdem pre-  
sentibus pro expressis habentes, Motu  
proprio, et ex certa scientia, ac matura  
deliberatione nostris, deque Apostolicæ  
potestatis plenitudine.

I.2. Quod quæuis generales Consti-  
tutiones, dispositiones, & ordinationes  
Apostolicæ per Nos, & quoscumque  
Romanos Pontifices prædecessores no-

Declaratio,  
quod Cōsti-  
tutiones Apo-  
stoli licet in cō-  
cernentibus  
Fidē Cathe-

stros in concernentibus Fidem Catholi-  
cam, illiusq. propagationem, sanctæ In-  
quisitionis officium præfatum, præfer-  
tim quoad ea, quæ in Congregationibus  
sancti Officij, & propaganda fide coram  
Nobis tractari solent, hactenus editæ;  
omnes, & singulos tam Sancti Benedicti,  
Cisterciæ, Præmonstrateñ, S. Antonij  
de Sancto Antonio Vienneñ, & Socie-  
tatis IESV præfatorum, quam quorum-  
cumque aliorum Ordinum, Congrega-  
tionum, Societatum, & Institutorum  
professores omnino comprehendant, pe-  
rinde ac si præfati, & alij quantumlibet  
priuilegiati in eis nominatim expressi  
fuisserent; edendæ vero in posterum per  
Nos, & Romanos Pontifices successo-  
res nostros, tam in fauorem præfatæ Fi-  
dei Catholicæ, illiusq. propagationis, &  
sancti Officij Inquisitionis præfati, quā  
super quacumque alia re, negocio, seu  
materia, Constitutiones, dispositiones,  
& ordinationes huiusmodi similiter om-  
nino comprehendant præfatos eorumdē  
Ordinum, Congregationum, Societatum,  
& Institutorum professores; nisi in edē-  
dis Constitutionibus huiusmodi specia-  
liter, & expresse excipientur; etiam si ip-  
si priuilegiati forent magis speciali no-  
ta, & expressione digni, eisq. priuilegia,  
gratia, & indulta, a Sede Apostolica

præ-

præfata, etiam sub quibuscumque tenoribus, formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, & confitorialiter etiam contemplatione vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum tam per viam meræ concessionis, quam communicationis & alias quomodolibet concessa respectiuè sint, quorum, seu quarum vigore, vel prætextu sint excepti, seu se minimè comprehendendi prætendant in Constitutionibus generalibus, vel alijs non facientibus plenam, & expressam eorum mentionem.

§.3. Præsentes verò litteras, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo quòd Ordinum, Cōgregationum, Societatum, & Institutorum huiusmodi professores, vel alij quicunque in præmissis interesse habentes, seu quomodo libet habere prætendentes, ad hoc vocati, & audit, ac causa propter quas eadem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias iustificatæ non fuerint, vlo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quoquis etiā quantumvis substantiali defectu notari,

Iubetur, vt  
præsentes li-  
teræ, nūquā  
de subreptio  
ne, vel obre-  
ptione, vel  
alio vitio im  
pugnari pos-  
sint.

impugnari, invalidari, retractari, in ius, vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, aut aliud quodcumque iuris, facti, gratiæ, vel iustitiæ medium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs, contrarijs dispositionibus pro tempore quo modolibet facien. comprehendendi.

*Præcipitur,  
ut præsens cō-  
stitutio sem-  
per valida, &  
firmamaneat*

§.4. Sed semper ab illis exceptas, se-perque validas, firmas & efficaces exi-stere, & fore, suosque plenarios & inte-gros effectus fortiri, & obtainere, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuiolabiliter obseruari: Sicq. per quoscumque Iudi-ces ordinarios, & delegatos, etiam cau-sarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & dif-finiri debere, ac irritum, & inane si se-cus super his à quoquam quauis aucto-ritate scienter, vel ignoranter contige-rit attentari, decernimus.

*Contrario-  
rum ampla dero-  
gatio.*

§.5. Non obstan. regula nostra de-iure quæsito non tollendo, ac quibusvis alijs Constitutionibus, & ordinationi-bus

bus Apostolicis, nec non tam Sancti Benedicti, Cisterciensis, Præmonstrateñ, Sancti Antonij de Sancto Antonio Vienneñ, & Societatis IESV præfatorum, quam quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia corroboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, & priuilegijs, nec non præfatis, & quibusuis alijs priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, & alijs quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, eorumque Superioribus, bonis, rebus, Monasterijs, locis regularibus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut ali-

qua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, illorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumpto  
rum fides.

§.6. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis, manu aliquius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profus fides adhibetur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ: quodque eadem præsentes litteræ, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum, Sancti Ioannis Lateranen., ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 5. Nouembris 1631. Pontificatus nostri anno nono.

M.A. Maraldus.

Die, & anno supradicto affixa, & publicata fuerunt supradictæ literæ ad valvas

Dies publica  
tis 5. No-  
vemb. 1631.

uas Curiæ & Cameræ Apostolicæ, ac  
in acie Campi Floræ, & aliis locis soli-  
tis, & consuetis, ut moris est, per me  
Andream Scalmanum Sanctiss. D.N.  
Papæ Cursorem.

---

## XXVIII.

Sanctiss. in Christo Patris, &  
D. N. D. C L E M E N T I S  
Divina prouidentia Papæ VIII.  
CONSTITUTIO

De Largitione Munerum vtriusque fe-  
xus Regularibus interdicta. Edita An. D.  
1594.

C L E M E N S E P I S C O P V S  
Seruus Seruorum Dei. Ad perpe-  
tuam rei memoriam.

**R**eligiosæ Congregationes, ab insigni  
sanctitate viris Spiritus Sancti af-  
flatu institutæ, tantas Ecclesiæ Dei utili-  
tates omni tempore attulerunt, vt ad  
eas conseruandas, & instaurandas, Roma-  
ni Pontifices prædecessores nostri ma-  
gnam iure optimo diligentiam semper  
adhibuerint: Nam cum ea sit rerum hu-  
manarum conditio, & natura, vt etiam,  
quæ

Exordium: